

Ope ingenii

INTERNATIONALE TAGUNG

Bergische Universität Wuppertal
15.-17. Februar 2024

De Auiano emendando

Giovanni Zago
Università di Firenze

1a

Auian. 34, 5-12:

Solibus ereptos hiemi formica labores 5
distulit et breuibus condidit ante cauis;
uerum ubi candentes suscepit terra pruinas
aruaque sub rigido delituere gelu,
pigra nimis tanto non aequans corpore nimbos, 10
in propriis laribus umida grana legit.
decolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,
quae quondam querulo ruperat arua sono.

1b

Babr. 140, 1-2:

Χειμῶνος ὄρη σῖτον ἐκ μυχοῦ σύρων
ἔψυχε μύρμηξ, ὃν θέρους σεσωρεύκει κτλ.

1c

Fab. Aesop. Byzant. aet. (336, 1-5 Chambry):

Ὁρας δέ ποτε χειμῶνος τυγχανούσης,
μύρμηκες σῖτον ἠλίαζον βραχέντα.
Τέττιξ δὲ τούτους οὕτως ἰδὼν ποιοῦντας,
αὐτὸς λιμώττων καὶ μέλλων τεθνηκέναι,
δραμῶν παρ' αὐτοῦς ἐδωδὴν ἐπεζήτει.

1d

Plin. nat. 11, 108: semina adrosa condunt, ne rursus in frugem exeant e terra, maiora ad introitum diuidunt, madefacta imbre proferunt atque siccant.

1e

Auian. 34, 9-10:

pigra nimis tantum^a, non aequans corpore nimbos,
e^b propriis laribus umida grana legit.

^a tantum Zago : tanto ω | ^b e Zago : in ω (*possis etiam a*)

1f

Verg. georg. 1, 373: umida uela legit.

1g

Epicedion Drusi, 223-224: crinem [...] legit ab ore.
Stat. Theb. 11, 311-312: (serpens) e corpore toto / uirus in ora legit.

2a

Auian. 17, 1-10 (Duff/Duff):
Venator iaculis haud irrita uulnera torquens
turbabat trepidas per sua lustra feras.
Tum pauidis audax cupiens succurrere tigris
uerbere commoto iussit adesse minax.
Ille tamen solito contorquens tela lacerto: 5
“Nunc tibi, qualis eam, nuntius iste refert.”
Et simul emissum transegit uulnere ferrum,
praestrinxitque citos hasta cruenta pedes.
Molliter at fixum traheret cum saucia telum,
a trepida fertur uulpe retenta diu *eqs.* 10

2b

Auian. 7, 5: uerbera caudae.
Auian. 17, 13: illa gemens fractoque loqui uix murmure coepit.
Auian. 24, 15: murmure magno.
Stat. Theb. 12, 170: tigridis Hyrcanae ieiunum murmur.

2c

Stat. Theb. 1, 61: traiectum uulnere plantas.
Prud. psych. 153-154: (Ira) se [...] / perfodit et calido pulmonem uulnere transit.
Lucan. 4, 545: uiscera [...] transigit ensis.
Babr. 1, 8-10: εἶτα τοξεύει / μικρὸν διαστάς. Χὼ μὲν οἰστός ἐκρύφθη / λέοντος ὑγραῖς χολάσιν.

2d

Auian. 17, 1-10 (Zago):
Venator iaculis haud irrita uulnera torquens
turbabat rapidas^a per sua lustra feras.
Hunc^b pauidis audax cupiens succurrere tigris
murmure^c commoto iussit adesse minax.
Ille tamen solito contorquens tela lacerto: 5
“Nunc tibi qualis eam nuntius iste refert.”
Et simul emissum transegit uulnere^d ferrum
perstrinxitque^e citos hasta cruenta pedes.
Molliter affixum^f traheret cum saucia telum,
a trepida fertur uulpe retenta diu *eqs.* 10

^a rapidas] *u.l.* rabidas : trepidas *Lachmann* | ^b hunc *Lachmann* : tum ω | ^c murmure *Zago* : uerbere ω | ^d uulnere] *u.l.* uulnera : uiscera *recentiores (e coniectura), haud male* | ^e perstrinxitque] *u.l.* prae- | ^f affixum ω : at fixum *Cannegieter*

2e

Babr. 1, 9: οἰστός.
‘Aesopi’ fab. 281 Hausrath: βέλος.

2f

Verg. Aen. 10, 335-344:

[...] tum magnam corripit [*scil.* Aeneas] hastam
et iacit: illa uolans clipei transuerberat aera
Maeonis et thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor fratremque ruentem
sustentat dextra: traiecto missa lacerto
protinus hasta fugit seruatque cruenta tenorem,
dexteraque ex umero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor iaculo fratris de corpore raptio
Aenean petiit; sed non et figere contra
est licitum, magnique femur perstrinxit Achatae.

340

2g

Coripp. Ioh. 5, 114-119:

Guarsutiaeque leuem coniecta comminus hasta
fundit equum. Laeuo tremuit confixa sub armo
fraxinus et calido currens per uiscera ferro
perque pedem dextrum domini conserta pependit.

2h

Verg. Aen. 3, 2-3: ceciditque superbum / Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia.

Lucan. 9, 800-801: tumidos iam non capit artus / informis globus et confuso pondere truncus.

3a

Aelian. 35, 1-4:

Fama est quod geminum profundens simia partum
diuidat in uarias pignora nata uices.
Namque unum caro genetrix educit amore,
alterius odiis exsaturata^a tumet.

^a exstimulata *Shackleton Bailey*

3b

Liu. 42, 29, 2: Eumenen cum uetus odium stimulabat tum recens ira.

3c

Verg. Aen. 7, 295-300:

Num capti potuere capi? Num incensa cremauit
Troia uiros? Medias acies mediosque per ignis
inuenere uiam. At, credo, mea numina tandem
fessa iacent, odiis aut exsaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta per undas
ausa sequi et profugis toto me opponere ponto.

3d

Prop. 2, 24b, 47: dura est quae multis simulatum fingit amorem.

Sil. 9, 586: ferens [...] portat.